



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

Pars prima de passionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

# PARS PRIMA

## DE PASSIONIBVS.

*De Passionibus in commune. Cap. I.*



IERI nequit, vt victoria  
 quis pariat, qui hostes suos  
 minimè dignoscit: ac eò  
 quidem magis hostium in-  
 genia pernoscere opus est,  
 quo acrius infestant, & grauius nocent.  
 Scripturæ autem sacræ, ac sanctorum  
 Patrum assertionibus constitutum est,  
 impugnationem priorum sensu-  
 um, esse omnium sæuissimam, & graui-  
 um periculorum feracissimam.

2 Sæuitiam satis Apostolus indicauit il-  
 lo mortis voto: Infelix ego homo, quis  
 me liberabit de corpore mortis huius?  
 grauissima verò pericula illo planè A-  
 postolico effato: Castigo corpus meum,  
 & in seruitutem redigo: ne fortè, cum  
 alijs prædicauerim ipse reprobus effici-  
 ar: quasi diceret: Nihil mihi conscius sū,  
 & viribus diuinis armatus incedo, ac ne  
 sen-

**A** sensus vehementer efferuescat, tempus anteuerto, & matura castigatione præcaueo.

3. Ratio verò apta suffragatur: hostes enim domi sunt nati, qui cum expelli nō possint, quos saevitia prostrare nequeūt, improbitate delassant: vt virorum sanctitate illustrium multiplex casus insperatus ostendit. Ex quo sanè liquet passionum doctrinam ijs præsertim, qui eas minimè domuerunt, esse summoperè necessariam: præterquàm quòd ad affectiones diuinas intelligēdas, quibus opportuno tempore, fratres nostri erudiendi sunt, mirificè prodest.

4 Passio ergo, vt à definitione, ducamus initium, quod ad nostrū pertinet institutum, nihil est aliud, quàm motus appetitus sensitiui ad imaginationem boni vel mali, cum aliqua corporis immutatione quasi clariùs diceremus: Eā impressionem, qua excitatur appetitus, ex imagine boni vel mali, internis sensibus concepta, vnde corporis immutatio subit, esse passionem.

5 Passio autem sic descripta, in solo residet appetitu sensitiuo, qui ex duabus

partibus, Concupiscibili, quæ in iecore, & Irascibili, quæ existit in corde, cõponitur. Actus verò volûntatis, qui nominibus passionũ appellantur, non passiones propriè, sed actu simplices sunt.

6. Passiones ergò propriæ sunt numero vndecim, è quibus sex, quæ bonum, seu malum absolutè respiciunt, in Cõcupiscibili; quinque autem, quæ bonum malumue arduum inspectant, in Irascibili nascuntur; sed omnes vndecim perficiuntur in corde, quod omnibus ijs motibus vrgetur.

7. Sex illę Cõcupiscibilis passiones sunt, amor, in bonum primò conceptum: desiderium, seu cõcupiscētia, in bonũ, quod nõdũ adest: gaudiũ seu delectatio in bonum presēs: odiũ, à malo primum cõcepto: fuga siue abominatio, à malo nondum præfenti: tristitia seu dolor, ex præfenti malo.

8. Quinque illæ, quæ in Irascibili sedem habēt, sunt spes in bonum arduum: audacia aduersus malum arduum; desperatio à bono arduo; timor à malo arduo; ira contra malum arduum.

9. Omnes vndecim passiones versantur circa

circa

circa res, quæ sensibus externis percipiuntur; & tria illa bona mundo iucundissima honestū, vtile, delectabile prosequuntur, malaq; contraria perhorrescunt: honestum autem, non pro decoro, quod à veris virtutibus exoritur, sed pro existimatione, honoreūe mūdi positum est.

10 Est autem hoc ingenium Concupiscibilis, vt bona illa tria, & opposita eis mala, iuxta propriam illorum naturam expēdat, & sic aut benè, aut malè afficiatur: Verūm quia bonis frui sæpè nō valeret, ob difficultates multas, quib<sup>9</sup> obfidentur; ad naturæ opus pertinuit, vt pars Irascibilis adesset, quæ obstaculorum arduitatem superaret, & Cōcupiscibilem in tranquilla bonorum possessione constitueret.

11 Sed bona hæc, cum mente nostra indigna sint, & præsentis oblectationis irritamento totū hominem vehementer commoueant, passiones illo pabulo tractæ, ac efferatæ, in superioris partis arcē impetum faciūt; & aut eneruatam prosternunt, aut renitentem perturbant.

12 Quamobrem, vel ex ijs, quæ hucusq; deprom-

deprōpsim<sup>o</sup>, qui è sæculi luxu, in Monastica districtiois scholâ traducti sunt, perspicere possunt quale bellum intestinum eis immineat, & à quot hostibus infestandi sint.

13 Est ad rem collisio illa Iacob, & Esau in utero Rebeccæ pugnantium, quæ addeò tor sit matrem, ut (paulò minùs) antea acti conceptus illam poeniteret: Sed consuluit Deum, qui respondit: Dues gētes sunt in utero tuo, & duo populi ex utero tuo diuidentur: populusq; populū superabit, & maior seruiet minori.

14 Sic certè in vno velut utero, qui ad claustra confugiunt, duos quasi populos gerunt; quos in sæculo gestauere cōcordes; sed in vestibulo domus Dei sentiunt esse discordes; quia iam alterū impugnare, ac pro altero stare coeperūt: sed bono animo sint: q̄a oraculū ē, alterū alteri, nō sanè, ut olim, maiorē minori, sed inferiorē hominem superiori, pace de bello parta, seruiturum.

15 At postquam, in commune, de passionibus, quæ scitu digniora sunt visa, protulimus, ad singularum examen accedamus. Illud verò præmonere opus est;

est;

est; oportere, partis huius primæ capita  
oculatiùs, ac lentiùs, quàm reliqua le-  
gere, quòd singulæ ferè lineæ totidem  
asserta saluberrima sint : quæ nisi alte  
percipiantur interioris hominis peritia  
parari nequit.

*De amore, concupiscentia siue desiderio, dele-  
ctatione siue gaudio. Cap. II.*

1. **C**oncupiscibilem Irascibili priorè  
esse, ac proinde illius passiones  
primo loco excitari, easdemq; originè,  
ac finem passionum Irascibilis esse, vni-  
uersorum Philosophorum, ac Theolo-  
gorum consensus est.

2. Succurrit idonea ratio : nō enim quis  
sperat, siue desperat, (quæ sunt passiones  
Irascibilis,) nisi quod prius amat, & cu-  
pit (quæ sunt Concupiscibilis:) neq; per  
Irascibilem audet contra malum, aut  
verò timet malum, nisi, quod per Con-  
cupiscibilem priùs odit: odisse verò nō  
potest, nisi, quod bono, priùs amato dis-  
sentit.

3. Ex his efficitur non solùm Concupis-  
cibilem Irascibili priorè e Te; verùm  
passiones omnes ab amore, prima vide-  
licet.

licet Concupiscibilis passione, cui reli-  
quæ omnes cōfertæ sunt, originem du-  
cere nemo enim cupit, aut delectatur,  
nisi eo quod amat, aut odit, fugit, seu tri-  
statur, nisi ob malum, quod opponitur  
bono, quod amat: aut sperat, siue despe-  
rat nisi bonū, quod amat: seu timet, au-  
det, irascitur, nisi in malum, quod obsta-  
t bono, quod amat.

4. Amorem ergo sic describere possu-  
mus: Amor est primus motus, quæ bo-  
num infert appetitui: quasi diceremus  
apertiū illam impressionem primam  
qua ex cognitione boni alicuius appeti-  
tus afficitur, dum ei bonum cognitum  
placeat, esse amorem.

5. Congruit similitudo ex naturæ operi-  
bus perita: quemadmodum enim unū-  
quodque generās confert primūm ge-  
nito formam, mox verò motum for-  
mæ consentaneum; vt cum ignis aerem  
inflammat, formam prius igneā, deinde  
motum igneum in altiora imprimit. Sic  
bonum quod vis, non solūm sensui, qui  
boni concipit imaginem, sed appetitui  
quoque media illa sensus imagine, quā-  
dam velut formam imprimit; hoc est,  
amo-

amorem, qui est quasi amantis forma, & per amorem excitat motum desiderij, quo appetitus in bonum ipsum, circulo peracto recurrit.

6 Hinc liquet, quid sit concupiscentia, (quæ cum rationem comitatur, dicitur desiderium) est enim quædam amoris extensio siue progressio; ac si dicere-mus: Eum motum, vel gressum, quo ap-petitus, cui bonum arridet, ad bonum ipsum tēdere incipit, esse cōcupiscentiā. Postquam enim appetitui placuit bonū (qui est amoris motus) se ipsum appe-titus expandit, & ad bonum capiendum exporrigit (qui est motus concupiscen-tiæ, siue desiderij) quo sanè motu à bo-no ipso trahi dicitur.

7 Rapidè fertur, quia voluptate trahi-tur: ideò solet desiderium inualescere, si voluptate frui non detur vsque ad ar-dorē quædam, qui appellatur feruor, & est amoris effectus, quem solet comita-ri languor, alius scilicet amoris effectus, qui est grauiissima quædam mēstitia, quæ solet hominem interimire.

8 Si verò bonum concupitum ex voto succedat, subit delectatio, (quæ si cū ra-tionis,

tionis,

tionis opere fit, gaudium appellatur) & est motus anime in bono, quod sibi placet cōstitutæ: quasi planius diceremus: motum illum, quo appetitus percipit bonū, quod cupiebat, in cuius amplexu, seu possessione constitutus est, esse delectationem, seu, seu (quod est idem) fructificationem.

9 Passio hæc, vna è potissimis est, & videtur omnium efficacissima: cōplet enim amoris motum: & in ea vires suas omnes amor exercere videtur: nam cum effectus amoris multi sint, putà (præter feruorem, & languorem nuper explanatos) ecstasis, liquefactio, vnio, mutua inhæsiō, penetratio, zelus, in amplexu præsentis boni ferè omnes inualescunt.

10 Ecstasis quippe, quæ significat exitum appetitus à seipso, vt existat in bono, quod affectat, dum bonum adest, vires acquirit liquefactio, quæ est quædam cordis emollitio, & rarefactio, vt porro quasi patefactis, bonum citò subintret: licet absente bono vigeat, potu tamen boni præsentis expletur: vnio, quæ est quidam velut amanti contactus; mutua inhæsiō, quæ est se iam tangentium restrictio.

astrictio; penetratio, quæ est quidam ad  
intima cordis velut illapsus; nõ nisi bo-  
no præfente contingunt: Zelus, qui ni-  
hil est aliud; quàm consortis impatien-  
tia, si quis fruentem interpellare veller,  
ferocissime pugnaret.

11 Patet ergò delectationis passionem  
multis ambiri circumstantijs, quæ illi-  
us vim facile demonstrent. Quin etiam  
res ad eò experimentis probata est, vt si-  
ne testibus alijs, si quis rogetur, quanam  
re trahatur efficacius, quicumque ille  
sit, respondeat: Trahit sua quemque vo-  
luptas.

12 Adhuc enim duo illa bonorũ gene-  
ra, honestum, & vrile, si voluptatẽ adi-  
mamus, cor humanum minime traher-  
ent: quod scitu dignissimum est, & hac  
ratione conuincitur: Multos quippe ru-  
re natos, si quis Prin. ep. in vr. bem du-  
cere, honoribus, & lucris augere velit,  
non aliunde resistent, quàm ex vna vo-  
luptate, quæ inter saxa, & spineata, illos  
assuetudine capit, quam in vrbe despe-  
rant.

13 Cum ergo cor humanum voluptatis  
amore, ac desiderio, quasi multa febre  
grauius ægroter, remediũ aliquod his  
tribus:

tribus passionibus adhibere opus est quod, & alijs genere similibus, in caput vnum contractis, præstare curabimus.

*De remedijs amoris, concupiscentia, siue desiderij, delectationis, siue gaudij. Cap. III.*

**V**T ægrotâtis ingenio, & morbo cõsentanea medicina paretur, ijs quæ de passionũ curatione dicẽda sunt, præmittendũ est, cor humanum, bonorum præsentium cupidissimũ, ab illorum amore, nisi meliorum bonorũ permutatione, non posse diuelli: fieri quippe nequit, & appetitui honorifica, vtilia, delectabilia non placeant, cum natiuã pronitatem non possit exuere.

2 Quapropter ille medendi modus videtur omnium prudẽtissimus, qui propositis melioribus bonis (quorum appetitus ipse capax est) à præsentium affectatione ad æternorum amorem, cor hominis traducere tentat.

3 Si enim diuinæ sapientiæ opus in hominis conditione perscrutemur; inueniemus profectò, noluisse Clementissimũ Deum his v. decim passionibus partũ auferre, sed ad meliora bona trãsferre, v

re, v

re, vt vnà cum hominis parte superio-  
re, sensus, & appetitū, & carnem quoque  
ipsam erudiat vt Deum, pro captu suo,  
sitiat, & in Deum assurgat.

4 Quod enim in Adā ante lapsum pas-  
siones agebant, ad id mundi contemp-  
tores aspirant, & plerumq; quantum in  
naturæ corruptione gratia diuina præ-  
stat, voti cōpotes fiunt: è quorū nume-  
ro fuit ille, qui dixit: Cor meum, & caro  
mea exultauerunt in Deum viuum: &  
alibi: Sitiuit in te anima mea; quàm  
multipliciter tibi caro mea.

5 Iuxta doctrinam ergò hanc, quòd ad  
modū passiones à bonis interdictis ab-  
ducendi, & ad meliora ducendi perti-  
net, (nam de corpore macerando, & ex-  
ternis actibus huc spectātibus, in tracta-  
tu virtutū agemus) ad Monasticæ disci-  
plinæ propositum, hæc exēpla proferi-  
mus.

EXEMPLVM.

6 **V** Idet quis se vestē, cellam commo-  
diorem, librum, & eius generis a-  
lia, quæ subitaneo motu, mox, vt con-  
specta sunt, placēt appetitui: qui est mo-

SUT

motus amoris, statimq; cor se ad vestem illam extendit, qui est motus concupiscentie, cupit enim indui veste illa potius quam sua: Si concedatur, succedit quaedam lætitiæ perceptio, de re, quæ convenire videtur appetitui, per amorem & concupiscentiam præcedentem allecto, qui est motus delectationis: & in hunc modum dominatur vestis illa cordi eius amore capto, & quodam fruitionis genere illud oblectat; qui est finis delectationis, quæ amoris motum denique complet.

7 Qui ergo sic tentatur, culpam in primis à tentatione secernat, in huiusmodi. n. subitis motibus amoris, & concupiscentiæ, plerumq; non subest culpa, quia consensus rationis in viris quoque proventus antevertunt: Si qua verò culpa latet, ob rationis negligentiam, ea levissima est: quod pro vniuersis tentationum generibus, dictum sit, ne sit opus eadem frustra repetere.

8 Mox igitur, ut quis animaduertit celeres illos amoris, & concupiscentiæ motus excitatos, multifariam potest appetitum reprimere, ne pergat ulterius.

9 Potest quidem è vestigio per rationē appetitui sic imperare: Abstine ab hac noxia concupiscentia: non enim decet hominem rationis compotem, ac rebus his corporeis mente præstatiore, & studio sapientiæ, ac virtutum honestati natum, rem hanc, quâ mens à melioribus bonis auertitur, appetere. Verum hic reprimēdi modus, Ethnicis quoque Philosophis, qui coluere virtutem vsu receptus fuit: nihil enim ratione altius habet.

10 Modus verò Christiano dignus, altior, & ex fide, quæ per dilectionem operatur, efficacior est: cuiusmodi esset hoc rationis fide illustratæ, appetitumq; domantis præceptum: Abstine ab hac noxia concupiscentia: non enim fas est hominem bonis æternis fruiturum, & pretiosissima immortalitatis veste decorandum, veste hac rudi, ac vili à meliorum bonorum studio diuerti.

11 Modus adhuc altior, & Monacho dignior esset hic: Abstine ab hac noxia concupiscentia: non enim expedit mihi nudum Christum imituro vestem hanc affectare.

12 Ex his tribus passiones coercēdi modis, primus humanus, secundus Christianus, tertius videtur propriè Monasticus: verum quia non omnes qui se claustris abdidērunt, ad tertium modū sublimē cōtinuò vsurpandum, idonei sunt: non enim crucifixi Iesu Christi nudas animū amorī proprio assuetū vsque ad deo mouet: Secundus fortasse acrius urgebit: exploratum est enim, præmia quæuis, ad permouendos animos degeneres vim magnam habere.

13 Quod si appetitus minimè cedit, nõ propterea incassum laboratur: nã præterquàm quod appetitus non obtemperat rationi ad nutum, quemadmodum exteriora membra; sed modo quodam politico; & frequenter validissimè repugnat: compertum est, hoc modo, neritum augeri, Christianam mortificationem parari, & consuetudine pugnandi, rationem tandem appetitus dominatu potiri.

14 Sed cum passim euenire soleat, ut quæ quis appetit à Superiore secreta cupiditæ ignaro, concedantur, & tunc modi tres recēsi parū sunt efficaces, eod quod

quòd vltra motus amoris, & concupifcētīæ, iam ad delectationem, quam res concupita suggerit, peruentum fit: modus efficax, nouitij quē proprius est, Magistrum de occulto morbo certiozem facere: vt rem illam auferat, vel consultò permittat.

15 Si autem permittatur, (& vniuersè, quoties quid appetitui delectabile tribuitur) modus opportunus erit, si multis actibus internis enitatur, ab ea re affectum diuellere, & quasi re contagiosa parcissimè vti.

16 Actus verò interni huiusmodi erūt: Clementissime Deus, appetitui placet res hæc: Sed nullam inde, actu delibato, delectationem haurire volo. Mallem Domine, vt res hæc mihi foret iniucunda, & tunc illa vterer, propter te. Vtinam, mitissime Iesu Christe, res hæc mihi molestiam citò generet, nè quid mihi placeat præter te.

17 Denique omnia, quæ in exemplo vestis allato produximus, in re quauis alia siue honorifica, siue vtili, siue delectabili, à nouis Christi militibus vigilanter exercenda sunt: dandaq; opera est,

B

vt

vt passionum harum potissimarum  
mouiones internoscant.

18 Sed vt caput hoc monito saluberrimo, ac omniū breuissimo claudamus: quicumque passionibus necem afferre ferid cupit, si amorem, vnde omnes oriuntur, moderari nouerit, victoriam proculdubio reportabit.

19 Nec solum vincet; sed compendio miro, citius quam alij, vincet, & maiore merito, ac suauitate vincet.

20 Modus autem agendi hic erit: vt solers sit, animaduertens in re quauis exercenda, ne cor apparente rerum specie capiatur; ne videlicet rebus adhæreat. Sed statim ac videt quid iucundum, cor auertere, ac cœlestia suspirare festinet. Est enim prorsus impossibile, vt passionnes cæteræ ingrauescant, vel noceant, si amoris radices amputentur.

22 Sit exemplum; Videt quis bonum utile: nempe sedile commodum: ex temploque dum excitatur amor, cor in sedes permâsuras extollit, aiēs: Quâto mihi commodior erit sedes super domum Dauid? Videt bonum delectabile, escam scilicet, aut potum; & dum amor

amore inualefcit appetitus, cor fefti-  
 natò in cœlum effert, aiens: Quantò mi-  
 hi fuauius conuiuium erit, vbi efca erit  
 panis Angelorum, & potus ipfe fons vi-  
 tæ? Videt bonum honorificum, vi-  
 delicet aliorum exiftimationem de ip-  
 fuis ingenio, litteratura, feu dexteritate  
 conceptam, & dum amor incipit ad ho-  
 norem ferri: accurrit, & cor in gloriam  
 cœlestem attollit, aiens: Quantò mihi  
 honorificentior erit, concepta de me  
 in ampliffima Dei curia, & vniuerfi  
 mundi theatro exiftimatio? Sed ad tres  
 alias paffiones contrarias accedamus.

*De paffionibus odij, fuge fuae abominationis,  
 & triftitia, ac earum remedijs.*

*Caput IV.*

1 **Q**uomadmodum bonum ftatim,  
 ac infpicitur, generat fui amorẽ,  
 fic malum confestim, ac agnofcitur, fui  
 odium parit.

2 Est autem odium, motus quidã Con-  
 cupifcibilis diffonãtis malo, quali a-  
 pertius diceremus: eum motum auer-  
 fionis, qua appetit<sup>9</sup> afficitur, cū aliquid  
 fibi diffonum, hoc eft, contrarium,

seu repugnans repræsentatur, esse odium; sicut enim inter appetitum, & bonum consensio, ita inter appetitum, & malum dissensio est.

3 Hinc existit fuga, siue abominatio, qui est motus retractionis, quo appetitus à malo recedit: quasi diceremus eum recessum, seu declinationem, quâ appetitus se retrahit à malo, quod sibi displicuit, esse fugam, siue abominationem, quæ fugæ intensio est; postquam enim per imaginationem malum repræsentatum est, non modò appetitus discrepat, seu dissonat (quod est odium) sed retrocedit, quæ est fuga.

4 Succedit tristitia, seu dolor, cum malum præsens est: dolor quidem ex malo corpori coniuncto, cum apprehensione sensus: tristitia vero de malo per interiorem apprehensionem cõcepto quæ propterea de rebus etiã preteritis ac futuris, quæ interius concipiuntur esse potest, cum dolor præsentis solum tẽpore vigeat, dum corpus opprimitur.

5 Est ergò tristitia, seu dolor, motus quidam, quo appetitus à malo præsens vexatur: quasi diceremus; eum motum  
qu

quo appetitus opprimitur pondere mali  
præsentis, & incumbentis, esse tristitiã,  
siue dolorem.

6 Passiones hæ contrarij sunt motus il-  
lis, quos in Cap. proximo p̄sitauimus:  
odium quippe est auersio à malo, amor  
conuersio ad bonum: fuga est recessus  
à malo: desiderium progressus ad bo-  
num: tristitia est oppressio à malo, de-  
lectatio est expansio ad bonum.

7 Sicut autem amor cum reliquis dua-  
bus passionibus fertur in bonum hone-  
stum, vtile, delectabile: sic odium cum  
reliquis duabus inde ortis passionibus  
declinat triplex malum, inhonestum,  
inutile, insuaue.

Bonum verò, & malum intelligimus  
verum, vel apparens: quicquid enim  
appetitui placet, bonum, quicquid re-  
pugnat, in hoc genere, malum est.

8 Verum inter omnia huius capitis  
asserta, quod modò su biicimus, at-  
tentissime obseruandum est: tristitiam  
scilicet è principibus, passionibus vnã  
(quæ sicut delectatio amoris, ita odij  
motum complet) esse veræ virtutis ca-  
pitalẽ inimicitia: nam præter corporis

nocumentum, quod inter passiones omnes maximum est (habet enim contractionis motum vitali motui à dilatato corde prodeunti contrarium) animo grauissimè officit: quod subiectione ratione patet.

9 Animus quippe præsentis mali pondere deprimitur, actiones debilius sicut torpor quidam frigidus totum hominem permeat, & artus penè dissoluit: ex quo ad virtutis opera, quæ cum ardua sunt, extensione animi ad aggredienda difficilia egent, agre mouetur, aut omnino succumbit, quod ex adiuncta ratione perspicitur.

10 Exploratum est, sæuiente quouis dolore corporis, totum hominem breuiter confici: nec posse imaginationem ad opus aliud inde diuertere: dolor enim quasi animi vinculum est. Iam vero tristitia propriè accipiatur à dolore discretæ, peius quàm dolor animum excruciat: anxietates nempe animi molestiores, quàm corporis sunt: quod contrario sic euincitur.

11 Concor s Philosophorum, & Theologorum sententia est, maiores spiritus quàm

quàm corporis delectationes esse: cùm enim delectatio sit motus ex coniuncti-  
one boni proveniens: quò bonum est  
maius, & coniunctio strictior, & appe-  
titus ad percipiendâ voluptatē habili-  
or, maior erit delectatio: at animi bona  
maiora quàm corporis esse; vtpote spi-  
ritualia, arctius cõiungi, vtpote sine in-  
teriecto corpore, viucius percipi, vt-  
pote intellectu boni essentiam penetrã-  
te certum est.

12 Per rationes igitur easdẽ animi mala  
interius apprehensa, maiora sunt; quia  
ad animum spectant, coniunctio maior  
est: malum enim interius conceptum  
proximè coniungitur, & repugnat ap-  
petitui; sed exterius apprehesum pro-  
pinquè repugnat corpori: (at si corpori  
tãtũ noceret, appetitu nõ resistẽte, leui-  
feret; quin & interdũ delectaret: multi-  
enim cũ appetitus oblectamẽto, turpi-  
bus etiã de causis, inediã, & ictus, & ver-  
bera ferũt.) Deniq; malũ percipitur in-  
tẽsius, quia sensus internus habilior est.

13 Hinc iam novi fratres nostri conijci-  
ent, quàm diligenter mcestitiæ origines  
præcidere debeãt; quantiç põderis sit,

morbis huius capitis prudenter occurrere. Nōrunt enim experti passiones has, tertiā præsertim, inexpertos Christi cultores à cœpta salutis via frequenter auertere: vt non immeritò Apostolus institerit monens; Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Iterū quippe dici oportuit, quod immensū pōderis erat; sed remedia proferamus.

*Exemplum.*

14 **V**idet quis cellam incommodam, portā, fenestrā uē nō benē instructam, æstate calidiorē, vel frigidiorē hyeme: confestim subit quædam appetitus auersio, (quod est odium) motu quē celerrimo, quantum ad se attinet, appetitus refugit (quæ est fuga) & iussus in cella morari, mœstitiæ mole dicitur, quæ est tristitia.

15 Tunc ergò qui sui curam gerere decreuit, mox ac exoritur odij motus, sibi sic poterit imperare: Abstine ab hac auersione: non enim res odio digna est, si rationi obaudire velim: multa nempe incommodiora, pro virtute colenda, & animo à corporis retinaculis expediendo.

do, ferre decet: libertas quippè homi-  
nis his motibus læditur, dum odit, quæ  
verè mala non sunt; & à studio rationis  
elanguet. Hic modus ( vt de amore di-  
ctũ est) Ethnicis quoq; cõgruere potest.

16 Modus alius planè Christianus est,  
proponere appetitui vera mala, quæ  
perhorescat per eruditionẽ fidei, quæ  
à superiore hominis parte præbetur  
in hunc modum: Abstine ab odio: ni-  
hil enim hic odio dignum subest, cum  
absit peccatum, cui soli debetur dete-  
statio: nam quod incommoditatẽ spe-  
ctat, si culpa vacat, Deo certè placet.

17 Modus alius Monastica disciplina  
dignus est, qui à Christi petitur imitati-  
one, ad hũc modum: Abstine ab odio:  
quantò enim incommodior cella fuit  
Christo Crux, in qua libenter pro te pe-  
pedit? Hæc cine est imitatio Iesu Chri-  
sti Crucifixi? qui cum vulpes haberent  
foueas, & volucres cœli nidos, non ha-  
buit, vbi caput sempiterna requie di-  
gnum reclinarer?

18 Huiusmodi adhortationibus solet  
pars superior adeò præualere, vt eius  
imperio, ac efficaci motione, appetitus

eneruetur; quin & interdū, repētina cō-  
 uersione incipiat amare, quod ođerat.  
 19 Sed frequenter hic modi reprimēdi  
 non proderūt, quasi appetitus rationes  
 honesti non capiat, vel à ratione, ob ex-  
 candescētia passionis erudiri nolit:  
 & tunc erit ad rem, alia mala grauiora  
 ei repræsētare, quæ per minorum ex-  
 perimenta formidet, ad quæ vitanda, si  
 non libenter, at patienter, præsens ma-  
 lum, quod cæperat detestari, nō oderit.  
 20 Poterit autem sic moneri: Desiste ab  
 odio: imò & ama, & incommoditatē  
 amplectere: Nunquid enim, nō tecum  
 indulgenter agitur, qui tartari angusti-  
 as commeruisti? An hac cella non de-  
 beat igneus inferni lectus permutari?  
 21 Hæc & alia præsetanea remedia ex-  
 quirēda sunt, antequàm tristitia radices  
 altas defigat: si enim, nō de re leui, qua-  
 lem exēpli gratia proposuimus, sed de  
 grauioribus animæ causis mœstitia in-  
 creuerit, qualis hominibus scrupulosis,  
 aut de antea actæ vitæ peccatis vehemē-  
 tius æquò merentibus accidere solet,  
 efficaciora remedia requiruntur.  
 22 Huiusmodi enim ægritudini, quæ ad  
 inte-

interiora serpit, & vires simul animæ, & corporis extenuat, varijsquæ formis induitur, non tam consilia scripta, & quasi mortua, quàm viux vocis oracula Magistri, qui pro ratione mali medeatur, assignâda sunt. Quapropter fratres grauius affecti Magistrum crebrius, quàm alij conueniant: non enim à culpa immunes erût, si mœrore deiecti, sine præfenti, qua pro libito vti possunt, medicina tabescant.

23 Habent sanè plurimas ad mœstitiã depellendã appositas rationes: quibus Regius Propheta lætabatur, aiês: Eduxit me de lacu miserix, & de luto fœcis, & statuit supra petrã pedes meos. quasi luculentius diceret: Multæ mihi lætitiæ causæ suppetunt: Eram enim sordidus, & in luti volutrabro iacebam; Clemētissimus verò Deus, nō solum inde gratis eduxit me: sed ne iterū luto inquinarer, constituit me supra petram, quæ est Christus, & vt per hanc viam sublimem fœliciter graderer, instructione cælesti direxit gressus meos: vt nihil iã mihi desit, nisi ad fœlicitatem, in quam tendo, peruenire.

24. Hæc profectò, fratres nostri, si attendere velint, adepti sunt: nec nisi sponte obcæcari se finant, vllam in sæculo æqualem causam lætitiæ inter diuitias, honores, ac voluptates inuenire possent: præterquàm quòd illa remedia, quæ Sriptores ad tristitiæ curationem excogitarunt, nullibi tam opportunè reperiēt, cùm perspectum sit nullibi tam fideles amicos, tam misericordes animos, tam spontanea corporis obsequia; & quicquid ad totum hominem tempestiuo solatio recreandum spectat, à Deo prouideri, quàm vbi Christi charitas, non solum animos, sed corpora quoquæ connexuit.

25. Denique ad calcem huius capituli annotandum est tribus his passionibus, quas expendimus, non solum occurrì posse, allatis rationibus, quibus pars superior illas comprimat, vt ostensum est: sed posse, ac debere etiam veros Christi imitatores illas sapius excitare (quod in proximo capite patuit) vt quæ admodum amor, desiderium, delectatio, ad animi bona prosequenda suscitatur; ita odiū, fuga, tristitia ad animi mala dete-

detestanda expergefiant: quod ad hūc modum fieri poterit, parte superiore inferiorem erudiente.

26 Animaduertit pars superior appetitum à laboribus, despectu, vitæ austeritate, deterreri: & sic vrget illum: si odisse vis, non hæc, quæ turpia non sunt, sed peccati deformitatem oderis; si fugere vis, quasi à facie colubri fuge peccatum: Si tristitia serpit, non ob peenam, sed ob culpam ingrauescat, vt in salutarem pœnitentiam conuertatur.

27. Quod si peccati turpitudinem nō ita horreat, cum eam non vsque adeo percipiat: oderit, fugiat, mœreat, ob iudicij extremi, ac inferni pœnas; quas imaginatio facilius repræsentare potest; sed ad Irascibilem transeamus.

*De passionibus spei, & audaciæ,  
ac earum remedijs.*

*Cap. V.*

2 **P**ARS Irascibilis (vt superius indicauimus) Concupiscibilis assertrix est: cum enim multiplex arduitas, bona quæ cupiuntur, ambiat: Irascibilis velut armata cū arduitate cōgreditur, eaque depellit: ac ita Cōcupiscibilē

B 7

in li-

in liberam fruitionem afferit.

2 Inter quinque autem Irascibilis passiones, spes primum sibi locum vèdicat: quæ nihil aliud est, quàm motus in bonum arduum, quod creditur posse comparari: quasi diceremus, eum motum, quo appetitus excitatur, ad acquirendum bonum paratu difficile, & Concupiscibilis amavit, & quod parari posse iudicatum est, esse spem.

3 Huic succedit audacia, quæ est motus appetitus malum arduum imminens prosequentis; quasi diceremus: eum modum, quo appetitus progreditur contra malum propinquum, esse audaciam. Ut sicut desiderium amoris, ita & audacia spei quædam progressio sit.

4. Cum autem dicimus audaciam esse motum in malum, mali nomine ipsam arduitatem intelligimus, quam superare conatur, & quæ circumstat bonum, quod propriè respicit spes: licet mali ardui difficultatè, de qua vincèda spes subest, audacia quoquè respiciat.

5. Erga duas passiones has, obseruandum est, eos, qui amori dediti sunt, esse ad sperandum, & audendum habiliores,

cum

cū enim vtraque passio sit motus progressionis, & calor, qui amoris proprius est, ad progressionis motum dilatatione conferat: efficitur, vt amantes sint spei, & audaciæ promptiores: ij præsertim, qui ad res diuinas benè affecti sunt: iustitiæ quippe conscientia, auxilio diuino freta securitatem quandam parit: quæ ad spem, & audaciam apprimè conducit.

6. Quod eò spectat, vt nouerint fratres nostri, præclarè secum actum fuisse, cum ad eum statum vocati sint, qui ex amoris diuini, ac rerum cælestium affectu, & conscientia testimonio spem parit, & audaciam: ita vt passiones istæ magno cum emolumento ab eis possint exerceri.

7. Sed verum à falso dignoscere opus est, cum passiones hæ incautis imponere valeant, dum malè collocantur: sperari quippe non debent, quæ imitatoribus Christi digna non sunt: nec audere decet, ad ea, quæ mala non sunt, acriter propulsanda: quæ subiecto exemplo patebunt.

Ex

8. **V**IDET quis se à Magistro, vel Superiore frequentius, quàm alios corripì, & conijcit se non vsque ad eò amari; & amari amat: sed res ardua videtur Superioris gratiã inire: oporteret quippe modos aliquos excogitare ad illius animum sibi conciliandum, ac proindè ad increpationes vitandas opportunos: qui & tempus, & mentis discursum, & aliqua etiam obsequia, non sine labore, requirerent. Videtur tamen possibile: ac propterea, tametsi statæ orationis horæ, ceteraque, claustrî exercitia, Deique præsentia, detrimentum patiantur, decernit de re hac ardua seridè agere; erigitur spe, audaciaque progreditur; sed passiones has sic poterit coercere.

9. Quid captas appetitus effrœnis? que non sunt vera bona sperare, hominis mente indignum est: at sic velle amari, vt non corripiaris, rationi dissentaneum est, ac exinde verum bonum nequit esse: absit ergò, vt tempus & laborem impendam hominis gratiæ ineundæ: absit, vt ad ea, quæ corpori molesta sũt, audacter

audacter depellente progrediar, maiorem fortasse corporis indulgentiam, sed virtutis damna maiora paraturus: sed primus hic modus naturali virtuti consonus est.

10. Ex allato tamen liquet exemplo, ad amoris indulgentis bonum apparens: sed verum malum passionem spei, è contrario verò audaciam aduersus circumstantem arduitate, quasi contra malum, falsa opinione prodire: ac propterea, superior pars sic debet appetitum erudire..

11. Si sperare iuuat, emendatio, quæ verum est bonum, per correptionem speranda est: si audere vis, aduersus ea, quæ obstant emendationi, progredere: aude contra motus mœroris, congregare illis, & vultum hilarem exhibe, vt Superior correptionis fructum deprehendens te corripere pergat: scriptum est enim: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autè, hoc est, blanda simulatio peccatoris nõ impinguet caput meum, hoc est, afficiat delectatione mentem meam.

22. At secundum modum Christiano viro

viro

viro consentaneum adijciamus, quo pars superior sic vtatur: Desiste ab spe hac amoris humani exquirendi: spera potius in Deo, & fac bonitatem; inhabita corde terram viuentium, & palceris in diuitijs eius. Quanto tibi honestior, vtilior, ac delectabilior erit clementissimi Dei animus erga te beneuolus? qui profecto erit, si spreto fauore hominum, des operam vt spes, & portio tua sit in terra viuentium. Quapropter aude contra difficultates, quæ te à dulcissimi Iesu Christi amplexu remouantur, & fœlix eris.

13. Tertius verò modus imitatore Christi dignus erit: An Christus in hominibus sperauit, vel hominum gratiã iniuit. Num à principibus amari curauit? An declinauit correptiones? Quoties, cum hominum corda demulcere posset pœnasquæ vitare, siluit, & opus salutis mex peregit? Absit ergo vt à tanto discrepem exemplari.

14. Spes ergò tota in Deo collocanda est, & ad bonum tantum audaciæ conatibus assurgendū. Nonnulla hic de his duabus passionibus attexenda essent, nisi

nisi desperationis , ac timoris tractatio eadem quoq̄ ue requireret : aliæ quippe passionēs , si benè temperentur, aliarum remedia sunt : quam obrem vnū in locum monita congeremus.

*De Passionibus desperationis, timoris, & iræ, ac earum remedijs.*

*Caput VI.*

1. **T**RES nunc passionēs à nobis explorandæ sunt, quarum expensio-  
ne tractatum absoluemus : hæ sunt de-  
speratio, & timor, quæ spei audacię quæ  
opponuntur, & ira, quæ contraria pas-  
sione caret : si enim malum arduum nõ  
incūbat, sed vincatur, & succedat bo-  
ni possessio: iam nihil arduū superest, in  
q̄ irascibilis pars insurgat : sed succedit  
delectatio, quę est passio Cõcupiscipilis.

2. Desperatio ergò, est motus appetitus  
à bono, quod acquiri non posse credi-  
tur, ac si diceremus eum motum, quo  
appetitus opprimitur, seu deijcitur, cum  
quis existimat se cõsequi nequire bonū,  
quod amat, esse desperationem.

3. Hinc exoritur timor qui est motus  
appetitus recedentis à malo futuro, cui  
resisti non potest: quasi diceremus: eum

mo-

motū, quo appetitus cōtrahitur ac de-  
 primitur, quando malum arduū im-  
 minet, antequā sit præsens, esse timo-  
 ré: nō enim est simplex recessus ut fuga,  
 siue abōinatio: sed appetitus depressio,  
 ob arduitatem mali propinquantis.

4. Quando verò malum arduum præ-  
 sens habet rationem iniuriæ existit ira:  
 est autem ira motus appetitus ad vindi-  
 ctam, quasi diceremus; eum motum  
 quo appetitus læsus ad pœnam pro in-  
 iuriarependendam excandescit, esse i-  
 ram; quæ respicit vindictam, ut quod  
 sibi bonū, & eū à quo illata iniuria est,  
 ut malum: vndè mixtum habet obiectū.

5. Passiones hæ negotiū facefcere solēt  
 ijs, qui inter Christi milites ascripti sūt;  
 ut meritò remedia prouidere debeant,  
 & de grauissimis rebus seriò cogitare.

6. Desperatio enim, non solum existit,  
 ob arduitatis obstātis malū, verū ob so-  
 lū boni excessū, qui licet in idē arduita-  
 tis caput redire videatur, ostēdit tamē  
 multiplices desperationis motus in cor-  
 dibus ignauorū militū modò difficulta-  
 te modo sola rei sublimitate repræ-  
 sentata subortos: ex quo fit, ut gaudia  
 non

non cogitent, sine quorum proposito,  
vix mediocriter proficient.

7. Timor verò adeò solet naturã seg-  
nitie grauari, ac totum hominem, vel  
ipsa formidine eximiarum virtutum,  
nedum laborum imminentium metu  
compedire: vt subeat stupor, hoc est,  
insolita imaginatio mali: & ipsa opera-  
tionum instrumenta naturalia hebetet,  
ac velut paralyfi dissoluat: Vnde suspi-  
ciones, & consultationes, propter fig-  
menta malorum, quæ nunquam eue-  
nirent. Denique studio virtutum, quæ  
à generosis cordibus parantur, nihil ti-  
more nocentius.

8. At ira efferatissima passio est: quæ cū  
ex solo despectu, vel ijs, quæ ad despe-  
ctum reducuntur, concitetur, tanto pe-  
ius lædit quantò vitio peiori, hoc est, su-  
perbiæ consonantior est. Feruet. n. quo-  
ties se paruipendi credit: nam cum ex  
ignoratione, aut passione peccatur, non  
ita flammescit, cum se non contemni  
animaduertat: & eò magis exasperat ap-  
petitum, quò se iustius agere opinatur:  
appetit quippe malum sub ratione bo-  
ni, hoc est, vindictam sub quadam ra-  
tione

tione æquilitatis, quam constituere conatur, inter paruersionem, & vindictam, rationis opere quodam imperfecto passioni commixto: confert enim ratio vindictam cum iniuria; sed statim deficit, opere non absoluto: deberet enim ratio progredi, vt præciperet nõ esse fas inferre vindictã: & sic lux ipsius adeo motu passionis extinguitur, vt inter passiones oës, ob maximã cõmotionẽ, ira præsertim, iudiciũ obturbet.

9. Quapropter enitendum est, belluas has, Deo manum porrigente, domare: & quoad fieri possit, ad res diuinas quæ traducere: quod subiecto præstabimus exemplo.

*Exemplum de passione de-  
sperationis.*

19. **V**idet quis se à Superiore frequẽter admoneri de oculorum modestia comparanda: doctrina, & adhortatio placet: rem sæpè conatus est: adhibuit preces, & corporis macerationem res minimè succedit: subit animi deiectio, appetitu sic suggerẽte. Quid te frustra contorques? vsus es creberrimè ipsius remedijs, quæ Patres sancti præscripserunt.

runt: identidem relapsus es: nec modo  
adsunt vires nouæ, aut fides, quæ rem  
pro voto euenturam persuadeat. Desi-  
ste igitur à re hac impossibili, & inde  
perspice, fieri non posse, vt qui re hanc  
minimam præstare nequis, ad sancto-  
rum virtutes, altiores vnquã pertingas.

11. Dum sic appetitus male afficitur, ra-  
to quantocius accurrat, & secundo è  
tribus illis domandi modis vtatur, aiès:

Quare tristis es anima mea, & quare de-  
speràs cõturbas me? Spera in Deo, quo-  
niã adhuc, post tot in eã fragilitatis lap-  
sus cõfitebor illi, hoc est, spe laudabo il-  
lũ qui est salutare vultus mei, id est, qui  
est salus, seu remediũ, in q̄ fertur intui-  
tus meus: ac demũ ( vt omnia vnò ver-  
bo cõplectar) est De⁹ me⁹, cuius est eli-  
fos erigere: & cũ facile illi fit subitò pau-  
perè honestare, nõ sine culpa desperarẽ.

12. Multa sunt victæ fragilitatis exem-  
pla; multa sunt affectionibus huiusmo-  
di prouisa remedia; rationes adsunt ad  
sperãdum efficacissimæ; quæ ex tracta-  
tu virtutum ( vbi de spe Theologica  
dicemus) peti poterunt; sed nunc ad ti-  
morem accedamus.

Ex-

13 **V**idet quis rerum ordine obseruato, laborem aliquem grauiorem sibi à Superiore imponendum: puta ægrotantium curam, vel nocturnam ad horas matutinas vigiliam, & pulsationē, vel alia eius generis vsitatissima. Mox appetitus timore correptus, quasi vehementem quandam procellam, vel imminentem fabricæ ruinam incipit metuere, ac resilire: amat enim cōmoditatē, vnde oritur laboris timor. Tunc ratio secundo è tribus illis domandi modis sic agere debet

14 Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, quam sæculo abdicato suscepi: à quo trepidabo? Profecto, nō modò labores hos Dei gratia subeundos nolo formidare: sed etiam si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

15 Quod si adhuc sensus renititur, tertius ille modus qui constat imitatione Christi, hic (si vsquam) tempestius est. cum enim Christi pars inferior passio-

ni

nis acerbiter, vsquē ad sanguinis furorem formidaret: audaciæ passionē rationis actu deliberato excitauit; ut cum timore confingeret, ac præualeret: sic surrexit, ac discipulos monuit: Surgite eamus: ecce appropinquat, qui me tradet. Sic ergo Christi pugnator aiat: Eia surgamus, & sicut timore contracti refugiebamus instās penē malū, sic per audaciā excitatā aduentāti laborifortiter occuramus. An Christo digno sit, qui Christū in agone nō comitatur?

*EXemplum de ira.*

16. **V** Idet quis se à fratre aliquo fortasse inferiore, non adeo magni fieri: quod nutibus aut verbis, ostendit: è vestigio ira dissultat, & eodem modo, æqualem saltem vindictam referre cupit: cōqueritur enim appetitus aiens: Non debuit me parui pendere; debuit assurgere: debuit caput aperire: debuit quæ, dicebam, non improbare: debuit mihi non cōtradocere: debuit me non corripere: debuit mihi roganti mitius respōdere; multa; similia, quæ propriæ excellentiæ amor obijcere solet.

C

17. Pars

17 Pars verò superior, sic aget: Mitescens appetitus ferox: nō enim decet homin<sup>e</sup> rationis cōpotē, quasi belluā excandescere: & ebrietate quadā furoris hui<sup>9</sup> demētari; turpitude enim passionis huius in ipso vultu se prodit; dū oculi micant, labia tremunt, sermo concitatione ipsa intercідitur, & totus homo à mansuetudine, quę cum sit animal sociale, ipsi naturalia est, alienatur. Sed modus hic naturalē rationē nō excedit, quāuis efficax videatur.

18 Mod<sup>9</sup> secūd<sup>9</sup> Christiano dign<sup>9</sup> erit Beati mites, quoniā ipsi possidebūt vitium<sup>e</sup> terrā. Ergò nē iure illi<sup>9</sup> hāreditatis quā fides ostēdit, expolier, obferinam passionem hanc.

19 Sed modus imitatoribus Iesu Christi potissimū cōgruens erit: Tanquā agnus coram tōdēte se obmutuit: quasi ovis occisionē ductus est: cū malediceretur non maledicebat: cum pateretur, non clamminabatur: & tradebat iudicanti se iuste: & ego non mitescam?

20 Rationes alię è tractatu virtutū, vide de māsuetudine dicemus, peti poterūt. Hic autem (q̄ in alijs passionib<sup>9</sup> anota

mus) animaduertendū est, passiones ha-  
 posse vtiliter exerceri, si ad res diuinas  
 transferantur: & quidē vsus desperatio-  
 nis, licet min<sup>9</sup> propri<sup>9</sup>, quā aliarū pas-  
 sionum (nō enim habet bonū spirituale,  
 q̄ ob arduitatē desperādū sit) hic esse po-  
 rit iuxta Regij Psaltis cōsiliū: Nolite cō-  
 fidere in principibus, neq; in filijs homi-  
 nū, in quibus non est sal<sup>9</sup>; ac si diceret: Nē  
 speretis, immōperate salutē ab ho-  
 minib<sup>9</sup>, qui ea carent: desperanda quip-  
 pē salus est, quā mūdus impudenti men-  
 dacio pollicetur.

21 Timor latissimū campū habet: si e-  
 nim labor disciplinæ Monasticę timetur,  
 multō magis improuisa mors, inferni  
 cruciatus, iudicij seueritas timeri debēt:  
 immō nulla quātumuis terribilia malā  
 præsētis vitæ timorem incutere debere,  
 sic Christus edixit: Nolite timere eos,  
 qui occidunt corpus, sed timete eum,  
 qui postq̄ occiderit, habet potestatem  
 mittere in gehennam.

22 Ira pariter multis modis exerceri po-  
 test: sunt peccata; sunt hostes animæ; &  
 inter alios ferocissimos, sunt ipsæ passio-  
 nes rationē iugiter oppugnātes: Aduer-  
 sus

sus hostes autem iram salubriter posse  
suscitari Christus ipse demonstravit, cū  
in templi corruptores, dum esset mitis,  
excanduit: & in hunc modum singula-  
rum passionum examen absolvimus.

*De nonnullis annotationibus in  
tractatum passionum.*

*Caput VII.*

**E**X ijs, quæ tradidimus, fratres no-  
stri, non obscure cognoscent, qua-  
li animorum discrimine, qui passione  
proprias & pernoscere, & subiugare co-  
nantur, ab ijs, qui vtrumque negligunt  
separentur: illi enim more custodū le-  
guli Salomonis, inter sexaginta fortis-  
simos recensentur: quorum prudentia  
militaris est, vt vniuscuiusque ensis  
super femur suum, propter timores  
nocturnos. Illud enim in primis curā  
vt femur, hoc est, sēsū, seu partem  
inferiorem (per Synecdochen) femur  
re notatam, mortificationis ense succi-  
dant; nè timores nocturni, hoc est, ne-  
culpæ subintret: neglectores verò, the-  
lamum Salomonis, animam scilicet  
despiciūt, vt q̄ atrio Dei olim Machabæi  
fleuerūt, culparū sentibus, & virgulis  
no

nulla falce sectis, inculta syluescat.

Quamobrē nauāda opera est, vt propriarum passionum ortum, ascensum, & occasum quisquē consideret: nā preter ea quæ scripta sunt, multa ad profectum vtilia deprehendet: modò quippe hanc, modò illam passionem, velut à diuersis parentibus natam, miros effectus producere animaduertet: quod è subiecto patebit exemplo.

3. Nihil sane minus iræ consonum videtur, quàm delectatio, & tamen iræ ipsi frequenter adnascitur, cum quis se furēs vlcissitur: sed directius tristitia cū delectatione, quàm ira pugnat: & tamē tristitia, in psomet motu mœroris ex rei absentia cōcepti causa delectationis est, dum amatae rei memoriam parit.

4. Planiora sunt alia, vt scilicet ex amore boni, odium mali aduersatis existat, & ex concupiscentia boni dilati dolor ob dilationem excrescat: illud etiam duarum passionum confligentiuū duellum satis vulgatum est, cum erga rem vnā, puta filētium vel ieiunium appetitus & audet, quia victoriam sperat, & timet, quia difficultate terretur: quæ cō-

ferent eò, vt & variæ passionum coniugationes agnoscantur, & remedia varia succedant.

5 Illud autem studiosissimè frater quicque dignoscere curet: à qua videlicet passione molestius infestetur: quosdam enim amor, alios odium, timor alios, alios ira sæuius vexat: & sicut animæ viribus ad actum vnum intentis, in aliis anima remissius agit; ita dum per passionis vnius motiones pars inferior furorē exhalat, passionibus ceteris languidius moueri solet.

6 Postquam verò capitalem suum hostem agnouerit, ad ineundam cum eo pugnam exurgat: & eius nece reliquas impugnationes extinguet. E remedijs verò siuè domandi modis, quos in singulis ferè capitibus ternos protulimus vel ex alijs, quos de Magistri consilio non erit difficile inuenire, illum seliget, quo se fortius moueri perspexerit. Ad certamen cum passione molestiore ineundum, doctrina in c. 20. secundæ partis (vbi agitur de virtute vna seligenda) præscribitur.

7 Vniuerse autem obseruandū est, et  
acti

actibus externis (nam nos internorum præsertim actuum modos, qui sunt externorum origines, tradidimus) pro cuiusque passionis remedio contrariæ passionis actum externum exerceri posse, si passio, & rerum circumstantiæ id ferant: non enim ad omnes passiones actus externos eiusmodi necessarios opinamur, quippe desperatio, & spes internis actibus reformatur. sed mēs nostra est, cū id fert oportunitas, expedire, actus externos obire, qui contrarium affectum generent, vel passionem extinguant; non enim propriè agimus de contrario: ira quippe contrariam passionem non habet, sed extinguere potest.

§ Exempla documenti huius plura, & satis v̄sitata sunt: nam qui puerili timore v. g. mortuorum afficitur: si cadauera aliquoties audacter contrectet (quod in Xenodochijs passim accidit) timorem expellit. Si quis iracundus opprobrijs frequenter exagitetur: in dies singulos minus irascitur: nam vt vulgo dicitur (ab assuetis non fit passio) ac denique mitescit. Si quis acedia, quæ tristitiæ species est, laboret,

violenter aqua conspersus, vel alio acriore modo à somno excitatus, torporem illum breui excutit. Si quis vestis nouæ, ac mundæ concupiscentia teneatur, indutus veste lacera, & fordida, intra dies paucos affectum illū deponit. Hęc ergò externa remedia, & alia multa, quæ in tractatu virtutū, quibus passionibus domatur, expressimus, qui vincere cupit, non tantum iniuncta libètere ferre, sed à Magistro exquirere debet.

9. Iam verò si modis illis internis, quos præscripsimus, & his externis remedijs studium orationis addatur, res pro voto succederet: studiū quippe hoc ad passionibus domandas efficacissimum esse hac fortissima ratione cõcluditur: Conatus ipse cor ad diuina erigendi, naturali quadam consecutione, inferiore hominis partem eneruat, & à suis irritamentis auertit, quod sic patet: passionibus quippe, nisi præcurrente sensuum notitia, non excitantur: qui ergò sensus internos rerum diuinarū imaginibus gerit intentos, radices passionum cognitionis illius, quasi gladio amputabit. Remedium est, è Regula nostra natū, quod

fratres

fratres nostros orationi iubet esse dedi-  
tissimos, inter omnia verò remedia cō-  
stans diuini auxiliij imploratio, potissi-  
ma est.

70. Illud præterea oculatè notandum;  
passiones vndecim si licenter agere fi-  
nantur, totidem esse vitiorum fontes: si  
verò ad rationis celesti auxilio roborata  
præscripta imperiosè regātur, propè  
totidem esse virtutum seminaria. cum  
ex passionum motibus, si ratio succum-  
bat, vitiorum habitus producantur, &  
ex eisdem ratione téperatis, virtutum  
habitus generentur. Iræ quippe vitium,  
ex passione iræ indomita, mansuetudi-  
nis verò virtus, ex ea domita, compara-  
tur: ex quo liquet, quam ob causam  
multæ virtutes, & vitia eisdem nomi-  
nibus passionum appellentur: sortiun-  
tur enim nomina passionum, quarum  
actibus aut victoria procreantur.

i. Ex his effici videtur; vt de vitijs, ac  
virtutibus proximè agendum sit: quod  
(iuuante Deo) post nonnullas tentatio-  
num no ationes præstabimus. Sed cum  
de vitijs tractatu proximo seorsim scri-  
bi posset ob maiorem cum passionibus

C 5

affi-

affinitatem: vtilius visum est, de virtutibus agere, ac eo quod ad vitia præsertim capitalia spectat, intexere: Cõpeditior quippe, & ad praxim cõmodior doctrina est quæ simul rationem virtutis parandæ, ac vitij extirpandi demõstrat.

*De tentationibus.*

*Caput VII.*

**1** Inter emolumenta maxima, quæ passionum cognitio, & debellatio parit, tentationum notitia, & victoria merito ponendæ sunt. Ut enim ex modis passiones primũ excitatas domandi patet, potissimus, & inter omnes efficacissimus tentameta pollendi modus, quia à Patribus traditur, est ipsemet, quæ multis in locis superiorũ capitũ præscripsim.

**2** Si enim mox, vt passio aliqua, quavis de causa excitatur, fratres nostri modũ coercendi superius descriptum teneant, nulla eis tẽtamenta nocere poterũt, sed meritum insigniter augebunt: primò quippè insultu repulsa, occasione passionis subiugandæ, virtutis parandæ, contrarijque vitij extirpandi strenuis pugnantioribus offerunt.

**3** Verũ, quò sedes tentationũ, & insinu-

ationes nouerint, diuisionē viriū anime à Theologis tradi solitā sic accipiāt.

4 Tres in homine vires cognitioni seruiunt, triplexque ad proportionem eis respondet appetitus.

5 Prima vis appellatur sensitua, quæ sensus oēs tum externos, tum internos, sensum videlicet communem, phantasiam, siue imaginationem cogitatiuā, siue æstimatiuam, memoriam, siue reminiscentiam amplectitur; & cognitionem his sensibus hauitā sequitur appetitus sensituius, ex parte Concupiscibili, Irascibiliq; compositus, quem vnā cum motibus, seu passionibus vndecim satis apertè descripsimus.

6 Vis hæc appellatur inferior hominis pars, siue anima: vnde qui neglecto rationis superioris lumine huic indulgēt, animales ab Apostolo nuncupātur. Vis hæc præterea à Theologis mysticis infimum cælum nominatur.

7 Secūda hominis vis dicitur rationalis, quæ vna cū tertia statim adiicienda superiorē hominis partē cōponit, & est ipse intellectus, prout notitiā ex notitia deducit: ita vt si ratiocinetur humano

more erga temporalia, portio rationis inferior, si erga æterna, vel temporalia per legem æternam, portio rationis superior nuncupetur. Huic responderet rationalis appetitus, seu liberum arbitrium, quæ est ipsa voluntas, qua ratione ab inferiori vel superiore rationis portione mouetur. Vis hæc præterea medium cælum appellatur, ex cuius parte superiore, ac vi tertia mox describenda, spiritus hominis conflatur.

8. Tertia & suprema vis (in qua est synderesis, naturalis videlicet habitus practicus, cuius actus est conscientia) est ipse intellectus, quatenus à Deo lumine proximè recipit, vt prima principia conceptis dumtaxat terminis, naturali, & occulta diuinæ sapientiæ vi supernaturali cognoscat, & vocatur intelligentia, quamuis ab alijs non ipse intellectus acceptus, sed eius actus intelligentia dicitur. Huic responderet voluntas, pro quâ quondam naturalè propensionè ad bonum simplici cõceptu intellectus sibi representatū, à Deo proximè recipit. Vis hæc ex intellectu, voluntateque componitur spiritus, seu tertium cælum appellatur.

9. Spiritus ergò, qui superiorē rationem & intelligentiam, respondentesq; ( servata proportione ) voluntatis gradus amplectitur, in rationem inferiorem dirigendam, sensusque tum externos, tum internos moderandos, & appetitum regendum incumbit; insigni a-  
mē discrimine, cum externis sensibus, & (excepto pudendo) membris om-  
nibus, dominio quodā despotico, hoc est, quasi Dominus servis, appetituive-  
rò politicè, hoc est, tanquā civibus im-  
peret: membra quippè, ac sensus exter-  
ni nequeunt retineri: appetitus autem  
pertinaciter quoq; reluctatur.

20. Modus tamen illum reprimēdi op-  
portunissimus est ( quem in c. 3. de re-  
medijs amoris, ostendimus ) ut visvni,  
præsertim amori, velut omnium passi-  
onum capiti inferatur, bono meliore  
appetitui proposito. ut eo trahatur: ut  
sic conspecta pulchritudine carnea,  
Concupiscibilis amore flagret, Christi  
formam elegantissimam imaginatiua  
ex rationis imperio componat & appe-  
titum postu non ablato, sed mutato,  
permulceat.

ii. Est.

11 Est autē impediō animaduertendū, nostræ salutis hostem, veros Iesu Christi famulos inuidentiùs infestare, quàm Christianos reliquos ei parum infestos, ac propterea oportere illius insultus, ac nocendi artes habere perspectas; Innu- it quippè se in sensus internos, & præter eam feritatē, quā passiones natiuam ha- bet, ipse appetitum vehementer irri- tat: quamobrem opus est, tentationes recenter excitatas, ne malum ingraue- scat, vigilanter, fortiter, celeriterq; di- sciuere.

12 Siue ergò (exempli gratia) re turpi sensibus externis percepta, & ad imagi- natiuam vsque perlata, siue sine exteri- orum sensuum vsu sola imaginatione cōposita, siue à dæmone quoq; forma- ta, (cux tria passim accidunt,) quis ten- tetur, in orationis præsertim superioris officium debet accuratissimè reflecti, & ex eo quasi regis subseilio vires om- nes moderari.

13 Tunc ergo tentationis impetu infe- riorem hominis partem commouēte, si ratio quouis modo negligat exortas in appetitu sensitiuo passiones in turpia  
fer

ferri, si ad plenam deliberationem non  
pertingat, culpam duntaxat venialem  
admittit.

14 Si vero ratio inferior, hoc est, quæ  
humano modo de rebus iudicat, à su-  
periore, quæ diuino modo, iuxta Dei  
legem, de rebus censet, non correctæ,  
vel (quod est planius) ipsa ratio superi-  
or saltem tacitè assentiatur (dum est suf-  
ficiens deliberatio) culpam mortalem  
committit, nisi res fortassè leuis sit: nã  
in rem leuem, superioris quoque ratio-  
nis consensus, culpæ venialis est: sed  
principaliter asserti exemplum affera-  
mus.

15 Tentatur quis impudicè, postquam  
rem sepulchram imaginari cœpit exte-  
plò concupiscentia feruet: tunc ratio  
inferior, hoc est, intellectus humano  
more discurrens, velocissimè concipit,  
excretionem v.g. feminis ad grauatam  
naturam exonerãdam, & corporis va-  
letudinem prodesse; voluntatiq; con-  
ceptus ille sanitatis proponitur, tanquã  
bonum quoddam vtile, ac delectabi-  
le: Tunc ergò si ratio superior hoc est,  
ipse intellectus, quatenus ad Dei le-  
gem.

gem eternam ordinatus est: permittēte sibi voluntate negligit cōsiderare rem illam esse legi Dei aduersam, vel quamuis esse notet, ita tamen permittēte voluntate tepidē notat, vt finat placere ipsi voluntati, tacitus consensus mortalis est: quem tacitum consensum, (qui verē deliberatus est) delectationem morosam Doctores appellant, non à temporis, sed à rationis tacitè assentientis mora, quæ in temporis momento accidere potest.

16 Si verò & ipsa ratio superior expressè consentiat (quod accidit, cum re turpem intellectus deliberatè cogitat, & voluntas illi heret) manifestum est culpam grauem admitti: nisi res leuis sit, vt nuper asseruimus. Cōsensus quippè superioris rationis, quātumuis expressus, in rem leuem, solam venialem culpam inuoluit.

17 Quin etiam in re grauiſſima si ratio superior non perfectè deliberet, culpa solū venialis inest, vt in subitis motibus infidelitatis (quæ propriè ad superiorē rationem attinet) solet accidere.

18 Ex his patet, vniuerſe verum esse, ex  
vno

vno expresso, vel tacito rationis, volū-  
tatisq; consensu, culpas omnes, præser-  
tim graues exoriri: ad eò vt si, per inco-  
gitantiam, vel euagationem, vel quam-  
uis aliam eius generis causam, non solū  
appetitus sensitiuus, verum & intelle-  
ctus ipse, vanis, illicitis, vel turpibus per-  
horam integram, & diutius inopinus  
adhæreat (quod in officio Diuino, & a-  
lijs functionibus ferijs, & sacris solet  
euenire) culpa mortalis non admitta-  
tur.

19 Positis ergò duobus, distractione,  
vel turpi, aut inuili cogitatione, etiam  
importunissima, & quantumuis diu-  
turna, & voluntate serua, illam statim,  
ac animus aduertit, depellendi, men-  
temq; colligendi, nunquam mortalis  
culpa subintrat.

20 Quapropter cum fratres nostri, (Dei  
munere) ita sint affecti, vt praua opera  
nolint, res illicitas cogitare, nedum cõ-  
mittere, scrupulos, quasi tentationis va-  
nissimæ, ac nocentissimæ genus: obre-  
pere non sinant.

21 Nauent autem operam, vt tenta-  
tionem à consensu dignoscant, & for-  
tissimè

tissimè ad primos insultus repugnare consuescant: quamdiu autem notitia tentationū, pugnādi voluntas viguerint, ne credant se incios in grauia peccata (quæ Dei bonitas est) prolapsuros.

22 Si grauiora tentamenta ingruant, certò sperent, Dei esse, vires non solum pares, sed ex liberalitate maiores suggerere, & facere cum tentatione prouentum. Expediant seipfos, & ament probari; vt cum probati fuerint, accipiant coronam vitæ.

23 Fœlix exitus tentationum est, quem Dei filius tentatus per omnia, pro similitudine absque peccato notauit, dulcissimè sua castra solatus per hæc verba: Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam. Quid autem tam lautè in mensa illa epulaturis desit, vt non fortiter congregiantur? Transeant ergò fratres nostri per ignem, & aquam, vt in suauissimum educantur refrigerium.

PARS